Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nitatem. quā ipse xp̄c etiam suis fidelibus dedit
dicens discipulis. Sedebitis sup sedes duodecim iu
dicantes duodecim tribus israhel. Potest etiam
falx intelligi diuina predicatio. quā alibi dns
gladiū appellat dicens. Non ueni pacem mittere
in terram sed gladiū. Quare gladius diuina
predicatio appellatur. Quia p ipsam separant
boni a malis. ueluti membra a membris. Hanc fal-
cem in manu habet xp̄c idē in operatione sua. quia
ea quē docuit uerbis primū ipse impleuit operib;
iuxta illud. primū quidē sermonē fecit de omnib;
quē cepit iesus facere ⁊ docere. Volens quippe dns
instruere p̄dicatorem. quomodo predicare debe
ret. primū in seipso formā uerbi ostendit. Qua
etiam falcem id est diuinā predicationē com
mendauit ecclē suē dicens apls. Euntes docete
omnes gentes baptizantes eos in nomine patris
⁊ filii ⁊ sp̄c sā. docentes eos seruare omnia quē
cumq; mandaui uobis. Acuta ē ista falx quia
uelociter hominem a terrenis desideriis ⁊ a socie
tate hominū separat. Et alter angls exiuit de
templo. Ipse designatur p alterū anglm. qui ⁊ p
primū. idē xp̄c. sed ppter ordinem uisionum
dicitur alter. cum idem sit. Exiuit de templo.
hoc ē de sua inuisibili manifestate. quando uerbū
caro factū est ⁊ habitauit in nobis. quia cū esset
inuisibilis in sua natura. accepit carnē ⁊ ani
mam in utero uirginali. ⁊ factus ē uisibilis
in nrā substantia. Hinc apls ait. Qui cum in for-